Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

.21.

bitio inheserit de tabernaculo
cedar de exercitio laboriose mi
litie / de diuturnitate miseri
incolatus / de angustiis eciam
nostri exilii / De corpore denique fra
gili et gravi / quia corpus quod
corrumpitur aggravat animam et dep
rimit terrena inhabitatio sensum
multa cogitantem / Propterea et cu
piunt dissolvi ut corpore levato
Christi advolent in amplexus / Unde
et gemens unus de numero eorum aie
bat / Infelix ego homo quis
me liberabit de corpore mor
tis huius / Scit nimirum quia
eiusmodi est quod non possit in ta
bernaculo cedar ad plenum carere
macula aut ruga / non quanta
cumque nigredine / et cupit exire
ut se possit exuere / Et hec ratio
cur sponsa nigram se dixerit
sicut tabernacula cedar / Sed eam
quomodo formosam sicut pelles Sa
lemonis / Ac nescio quid subli
me ac sacrum sentio in his
pellibus involutum quod nunquam
ausim omnino contingere nisi ad
nutum solius ipsius qui reposu
it et signavit / Lego namque
qui scrutator est maiestatis
opprimetur a gloria / Supersedeo ergo
et differo / vobis interim tue
erit solito impetrare favore
vestris precibus / ut eo alacriores
quo fidentiores redeamus ad id
quod attentioribus eget animis
Et fortassis inveniet pius pul
sator quod temerarius scrutator
non posset / Iam nunc et meror
finem imperat / et calamitas
quam patior / Quousque enim
dissimulo et ignis quem intra
me abscondo triste pectus ad
urit interiora depascit / clausus
latius serpit sevit acrius / Quid
mihi et cantico huic qui in ama
ritudine sum / vis doloris abdu
cit intentionem / et indignatio domini
ebibit spiritum meum / Subtracto
siquidem illo per quem mea in do
mino studia utcumque libera esse
solebant simul et cor meum dere
liquit me / Sed vim feci animo
et dissimulavi usque adhuc / ne affectus
fidem vincere videretur / denique plo
rantibus aliis ego ut advertere
potuistis siccis oculis secutus
sum invisum funus / sic etiam
oculis steti ad tumulum / quousque
cuncta peracta sunt exequiarum
sollemnia / Indutus sacerdotali
bus solitas in eo orationes proprio
ore complevi / terram meis ma
nibus ex more ieci super dilecti
corpus / terram mox futurum
Qui me intuebantur flebant
et mirabantur quod non flebam
ipse / cum non illum quidem
sed me potius qui illum ami
seram omnes miserentur / Cuius

ℓ. Lamentatio super Gerardo

vel supra